1146 ab obsidione liberat et maximam eorundem hostium cum suis rapiens predam inopinata potitur victoria.[1] Wlad(izlaus) autem ad ducem confugiens Boemie eius consilio ad regem Conradum, cuius sororem sibi iunctam habebat matrimonio,[2] se confert et pro restituenda sibi terra eius postulat auxilium. Rex autem Con(radus) militia collecta una cum duce Boemie

una ( ),

~~sapientum~~ P

1146 Ingintravit Poloniam. Poloni vero quorundam sapientum utentes consilio[3] regem Con(radum) pecunia leniunt et ad curiam eis indictam se venturos et in eius stare mandato se promittunt, nam quid promittere ledit?[4] Et sic rex Con(radus) lenitus cum suo exule ad propria revertitur.[5]

auf Rasur P

1150 Anno dominice incarnationis MCL filius Zobezlai a suis quibusdam fautoribus castellano Bernardo de nocte interfecto et in inferiorem turris carcerem miserabiliter detruso de carcere Prinda evasit.[6]

1151 Anno dominice incarnationis MCLI domnus Heinricus, Maraviensis episcopus, in senectute bona, plenus operibus bonis et elemosinis, circumstantibus fratribus plurimis et pro ipso Dominum orantibus VI. Kal. Julii reddit Deo spiritum feliciter, qui, prout optaverat, in monasterio montis Syon,[7] cuius maxime constructioni et tam religiosorum virorum in ipso collocationi operam adhibuerat, sicut usque nunc rei

Gen. 15, 15 e. s.

Jun. 25

4) × Ov. Ars amat. I, 443: quid enim promittere laedit?

1) Bernhardi, Jb. Konrads III. 487 ff.

2) Wladislaws II. Gemahlin Agnes war eine Halbschwester Konrads, Tochter Leopolds III. v. Österreich.

3) Verhandlungen durch die Markgrafen Albrecht v. Ballenstedt und Konrad v. Wettin.

5) Nach den Ann. Palid. (SS XVI, 82) wurde ihm Altenburg zum Wohnsitz angewiesen.

6) Vgl. oben S. 21. Nach Mon. Saz. SS IX, 162 kehrte er 1161 zurück, wurde erneut nach Pfraumberg gebracht, und Ann. Prag. SS III, 121 1174 endgültig freigelassen. (Mon. Saz. SS IX, 159 berichtet ihn zu 1150)

7) Kloster Strahov, vgl. oben S. Zum Tod Heinrichs s. Bretholz 250 f.